7 271

Actum in Castro Premysliensi Feria Sexta post Festa Solennia Sacri Paschatis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

18/IV 1659

Zielonka Filio suo Cedit

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premysliens. Generosus Paulus Zie-
lonka sanus mente et corpore exemptus a Terris Districtibus Iuribus
Iurisdictionibus que suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo
Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni
quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo pa-
lam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse de
omni et integro iure suo infrascripto nempe de Summa Trede-
cem Millium floren. polon. sibi Recognoscenti per Gnosum Iose-
phum a Goray in Prochnik Gorayski coram Actis officij praesentis
sub actu feriae quartae pridie festi Sancti Valentini Martyris
Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octauo proxime
praeterito inscripti et super bonis suis proprijs et haereditarijs videlicet
tota et integra Villa Siennow in Pallatinatu Russiae Terra praesenti
Premysliensi Districtu Prsuorscensi iacen. et consisten. modo obligatorio
ad soluendum assecurata Tum de eadem ipsa Inscriptione obligatoria
Castrensi Premysliensi in se de praemissis latiori bonisque suprascriptis Sum-
ma praefata et Inscriptione eadem obligatoria oneratis. Cum pura ta-
morundem bonorum Intromissione Tuitione, Euictione et emundatio-
ne pacificaque inhucusque per se Recognoscentem continuata pos-
sessione. Cum omni praemissorum iure Dominio, proprietate com-
petentiaque et praerogatiua quauis Cumque omnibus et singulis Summae
suprascriptae ac bonorum recensitorum Summa eadem oneratorum Uti-
litatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis commodis
obuentionibus Iuris quos praesentis cessi et Inscriptionis praefatae
originalis obligatoriae Conditionibus punctis clausulis articulis

Videlicet

272

Vadiis Ligamentis ac nexibus generaliter Universis attinentibus et perti-
nentiis in Universum omnibus. Nihil ex praemissis eius Dominii proprie-
tatis ac cuiusuis competentiis et praerogatiuis pro se Recognoscente
Suisque Successoribus aut quopiam alio reseruando seu excipiendo
Verum prout praemissa omnia et singula ipsemet Recognoscens te-
nuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem seruiebant
Iam exnunc et de facto Gnoso Stanislao Zielonka sui Recognitis
Filio et ipsius posteris (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plena-
ria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit prout cedit et
condescendit praesentibus Omneque et integrum ius suum sibi a prae-
missa seruiens in personam eiusdem Cessionarii sui et ipso Iurium
totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporauit prout
transfert transfundit et incorporat per praesentes In quod quidem
Ius praesens cessum ac bona suprascripta summa eadem onerata
praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem cessa eidem
Recognoscens praefato Cessionario suo et ipsius posteris iam exnunc
et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissio-
nem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quem-
cunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerint offi-
ciose acceptand. Per ipsum Cessionarium suum et ipsius Succes-
sores hoc idem ius praesens cessum summam ac bona summa ead
onerata praemissaque omnia praesentibus transfusa cum Uniuersis
eorum Utilitatibus et usufructibus competentiisque et praerogatiua quauis
tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi
ac ad suos suorumque Successorum quosuis beneplacitos usus fructus
libere et effectualiter conuertendi praefati iuris originalis ea omnia
Iabius in se complectentis praescriptisque cessi et transfusi Vigore de-
betque et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos Suc-
cessores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis qui-
busuis pecuniariis habitis et habendis praefato Cessionario suo in-
scribit et obligat praesentibus ipsum et eius Succores in dicto Iure
cesso summa ac bonis summa eadem innodatis praemissisque omnibus
praesentibus condescensis et ratione eorundem omnium praesentibus
abscessorum ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunque
personarum cuiuscunque conditionis status et sexus cuiusuis e-
xistentium ex re persona et occasione sui Recognoscentis

suorumque

suorumq Successorum tantum modo et non Vltra exoriunda in omni
iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defende-
re euincere intercedere et eliberare indemnemq cum posteris reddere
Nec non haeredenibus praesens cessum summam ac bona summa eadem
onerata ac praemissa omnia praesentibus transfusa ab omnibus in ge-
nere iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super prae-
missa omnia praesentibus cessa cuiuis personarum modo quocunq ibi-
dem ex re persona et occasione sui Recognoscentis suorumq poste-
rorum tantum modo et non Vltra factis et fauendis tum etiam a qui-
buscunq citationibus super eadem praemissa omnia transfusa importa-
tis et importandis Lucris deniq et perlucris processibusq iuris quibuscunq
in quocunq puncto et gradu Iuris dependentis et in quouis iudicio et
officio regni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praesen-
tibus transfusis ex re ibidem persona et occasione sui Recognoscentis
suorumq Successorum tantum modo et non Vltra perductis et perducendis
emundare et eliberare mundaq et libera semper facere ac etiam
Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fun-
do bonorum suprascriptorum praesentibus condescentorum dum per
Ministerialem et Nobiles officiose requiretur non denegare imo debebit
et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere dataq
et admissa eadem possessionem et Vsumfructum praemissorum omni-
um praesentibus abcessorum quouis modo tam per se quam per
suas quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire
nec adimere ipsumq cessionarium suum et ipsius Successores in prae-
missis omnibus praesentibus transfusis nullo modo iniuriari ita Vt hoc
idem ius cessum Summam ac bona summa praefata onerata praemissaq
omnia praesentibus cessa cum Vniuersis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus
competentiaq et praerogatiua quauis idem Cessionarius suus cum
suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis cessiona-
ris Vigore tenere habere et possidere queat Illiq Vtifrui possit
Idq sub Vadio simili summae suprascriptae Tredecem Millium flo-
renorum polonicalium per Eundem Recognoscentem siue ipsius Suc-
cessores praenominato Cessionario suo aut ipsius posteris ob n
completionem praemissorum omnium et singulorum
quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum

274

Pro quo quidem Vadio suprascripto modo praemisso absoluendum succubito ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus ex nunc memoratus Recognoscens Gnosus Paulus Zielonka aut eius posteri ad instantiam saepe nominati Gnosi Stanislai Zielonka Cessionarij sui vel ipsius Successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere Vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat Eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra regnum Servitio militari ad munimenta ad Evictorem tumultus quibusuis Dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos officij praefati Castrensis Premysliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasque Motiones Appellationes earumque prosecutiones faciendo ac praemissa omnia per nos simplicibus vel Complicatis Euasionibus Suspensionibus Falsis iuris praescriptione Terrestri bello Conuentione neque ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quouis euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Jidem Intercisam Roborant

Comparentes personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Paulus Zielonka Pater ab Una et Stanislaus Zielonka filius ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad hunc actum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit Quia ipsi sibi mutuo et inuicem Una pars

alteri ac